



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

LXXI. De facultate conferendi gradus Doctoratus pro Provinciali Provinciæ
Aragonie Ord. B. M. de Monte Carmelo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO 188
1725.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

ANNO

1725.
Clausulz.

Derogatio
specificæ.

quascumque alias motu quoque simili pro tempore editas, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentis, derogari unquam possit, nec censeatur eis derogatum.

§. 6. Quibus omnibus, & singulis, quamvis de illis, & eorum tenore specialis, & expresa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis expressio habenda, aut quelibet alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenorem, formam, & causas quascumque, pias, & ex privilegio deductas, his nostris literis pro plene, & sufficienter inferitis, ac de verbo ad verbum, nullo prorsus omisso, expressis habentes, illis in suo robore alias permanens, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimam vim, & effectum, hac vice dumtaxat, latissime, plenissime, ac sufficienter, necnon speciatim, & expreſſe, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariai quibuscumque.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam restitutions, declarationis, erectionis, sanctionis, concessionis, indulti, decreti, & derogationis infringere, vel ei temerario auſu contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Apostolorum ejus Petri, & Pauli fe norabit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto XIII. Kal. Junii Pontificatus nostri Anno Secundo.

LXX.

Dat. 20. Aug.
1725. An. 2.

Causa præ-
sentis confi-
tutionis.

Statutum
prædicti.

Statuitur, ne quis Monachus Ordinis Cathosien. quodvis officium, seu gratiam, absque Superiorum consensu, a Sede Apostolica impetrare possit.

Hæc Constitutio confirmatur a Clemente XII. Con-
stit. ed. 1732. Julii 31. P. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Vincentius Dinelli Procurator Generalis Monachorum Ordinis Carthusien. Nobis nuper exponi fecit aliqui ipsius Ordinis Monachi ambitionis spiritu duicti officia diœci Ordinis ab hac S. Sede per importunas preces impetrare non erubescant cum maximo Regularis discipline detimento. Nobis propterea dictus Vincentius Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune provideret, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur incommodes, quibus ea de causa Ordo prefatus afficitur, obviam ire, ipsumque Vincentium Procuratorem Generalem specialis favore gratia prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penitentia a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; eidem moderno, & pro tempore existenti Priori Provinciali prædictæ Provinciæ Aragoniæ, ut ipse dictos gradus Doctoratus in tribus primariis dictorum trium Regnorum, nempe Cæsaugustan., Valentini., & Pampilonen. Conventibus cum assistentia Præfecti Studiorum, aliorumque trium Magistrorum cuiuslibet repecti ve ex ipsis Conventibus hujusmodi servatis, alias de jure servan, conferre libere, & liceat posse, & valeat auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, & impertimur.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: siveque, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere: ac irritum,

& inane,

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 20. Aug. MDCCXXV. Pon-
tificatus Nostri Anno Secundo.

LXXI.

Conceditur Provinciali Provincia Aragoniæ Ordinis B. M. de Monte Carmelo facultas con ferendi gradus doctoratus in tribus primariis Conventibus Regnorum Cæsaugustan., Valen-
tin., & Pampilonen.

Similis facultas facta fuit ab Inn. XIII. Provincia li ejusdem Ordinis Provinc. Fluminis Januarii in Brasilia Conf. ed. 1723. Dec. 23. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

E Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Prior Provincialis, & Definitores Provinciæ Aragoniæ Ordinis B. M. de Monte Carmelo, quod cum in dicta Provincia lex vigeat juxta Constitutiones ipsius Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas, quod omnes Magistri Doctoratus gradum in aliqua publica Studi Generali Universitate suscipere teneantur, ne ipsis in eorum antiquitate, & præcedentia præjudicium inferatur; Expensæ vero in Universitatibus studiorum generalium trium illorum Regnum, in quibus dicta Provincia divisa reperitur pro consequendis dictis gradibus adeo adauera sint, ut eadem Provincia magnum detrimentum pecunia, quæ ad hunc finem ab illa exit, experiatur, ipsi exponentes quo hæc damnæ, ac etiam expensæ, & itinerum incommodates evitentur, opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desiderent.

§. 1. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; eidem moderno, & pro tempore existenti Priori Provinciali prædictæ Provinciæ Aragoniæ, ut ipse dictos gradus Doctoratus in tribus primariis dictorum trium Regnorum, nempe Cæsaugustan., Valentini., & Pampilonen. Conventibus cum assistentia Præfecti Studiorum, aliorumque trium Magistrorum cuiuslibet respecti ve ex ipsis Conventibus hujusmodi servatis, alias de jure servan, conferre libere, & liceat posse, & valeat auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, & impertimur.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: siveque, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere: ac irritum,

Exponen-
tur cauſe,
qua Pontifi-
cēm impul-
runt.

Concessio
præd.

Clausulz.

ANNO
1725.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

189 ANNO
1725.

& inane, si secus super his a quoquam quavis au-
toritate scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac qua-
tenus opus sit Provinciae, & Ordinis predicatorum
etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & con-
uetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & li-
teris Apostolicis in contrarium præmissorum quo-
modolibet concessis, confirmatis, & innovatis.
Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præ-
sentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac
ad verbum insertis habentes, illis alias in suo ro-
bore permanuris, ad præmissorum effectum hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum sub annulo Pi-
catoris die XXX. Augusti MDCCXXV. Pontifi-
catus nostri Aano Secundo.

LXXII.

Erigitur Hospitium Matriten. Fratrum Prædicato-
rum, vulgo *de la Passion*, in regularem ejus-
dem Ordinis Conventum, cum omnibus cæ-
terorum Conventuum privilegiis.

Alia hujus Conf. ed. 1725. Apr. 10. P. 1. iisdem
Fratribus nonnullarum Provinciarum facta fuit
facultas peragendi Processionem SS. Rosarii absque
licentia Episcopi, & Parochi interventu.

Dat. 5. Sept.
1725. An. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.*

Exordium
a cura Ordini-
num Regula-
rium, Pre-
dic. preci-
pue, cui no-
men dederat.

Refertur
erectio præ-
dicti Hospi-
tij, Jam
pridem per-
acta.

P astoralis Officii, quod meritis licet imparibus
Divina Providentia humilitati nostræ committere dignata est, ratio postulat, ut omnium Regulare Ordinum Vineam Domini excoletum
principiū sollicitudinem geramus, queque ad
Divini Cultus amplificationem, Regularis disciplina custodiā, & augmentum conferre dignos-
cimus, ea Jugi studio, & conatu provehere, sta-
tuere, & vehementer urgere non desinamus. Pe-
culiare tamen cura, & vigilancia oculos nostra-
mentis ad Ordinem Fratrum Prædicatorum, in
quo solemnem professionem Regularem emisimus,
& diu versati sumus, Nos decet convertere, ut
ubi ubiores fructus in Vineam ipsam proflueret,
& bonorum operum messem exurgere aspicimus,
illuc, quantum in Domino possimus, provida co-
gitatione, & maxima sedulitate incumbamus.

§. 1. Itaque cum alias, & usque de Anno Do-
mini 1637. tunc existentes Fratres dicti Ordinis,
Provincia Hispanie Hospitale vulgo *de la Passion*
nuncupatum in Oppido, seu Civitate nuncupato
Matriti Toletan. Diocesis, intra limites Parochiales
Ecclesiae Sanctorum Justi, & Pastoris dicti Oppi-
di situm, cum ejusdem Hospitalis sine cura exi-
stente, minime collativa Ecclesia, ac omnibus,
& singulis mansionibus, aliquique membris, & æ-
dificiis ad usum habitationis ab eodem Hospitali
quomodolibet dependentibus, eique annexis, in
eorumdem Fratrum, Oppidum prædictum pro
eorum, dictæ Provinciae negotiis pertractan-
dis pro tempore adeuntum, Hospitalium jam con-
vertendum a tunc existentibus, dicti Hospitalis,
illiusque Ecclesiae Mansionum, Membrorum, &
Ædificiorum prædictorum possessione per tunc exi-
stentes Fratres prædictos adepta, eodemque Hos-
pitali in eorum Hospitalium converto, dictæ Eccle-
sie, in Divinis juxta laudabile dicti Ordinis In-
stitutionum deseruire, ac in ea Sanctissimæ Eucha-
ristiæ Sacramentum asservare, illudque Christifi-

delibus excepto Paschali tempore ministrare, de-
functorum Corpora tumulare, Missas prævia
Campanarum pulsatione, aliaque Divina Officia
celebrare, & Christianæ Pietatis opera exercere
consueverint.

§. 2. Lite postea, & Causa in Partibus inter-
tunc existentes Rectorem dictæ Parochialis Eccle-
sie, ac in eo Clericos, seu Presbyteros perpe-
tuos Beneficiatos ex una, & tunc existentes Fra-
tres prædictos ex altera Partibus coram Ordinario
loco, & deinde coram aliis eaurum Partium
Judicibus competentibus, ac demum in Roma-
na Curia, & in Caſarum Palatii Apostolici Au-
ditorio super præmissis, & præfertim super eo,
quod dictum Hospitalie in Hosptium ejusmodi,
nulla desuper dicti Ordinarii loci ad id interve-
niente licentia, minusque servata fel record.

Clementis Octavi, Gregorii XV., & Urbani etiam
VIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum
Nostrorum Constitutionum desuper respective
editarum, & Concilii Tridentini Decretorum res-
pective forma, conversum, seu erectum, & in-
stitutum fuerat, rebusque aliis in actis Causæ,
& Caſarum ejusmodi latius deducitis introdu-
cta, prosequuta, ac demum per tres sententias
conformes ad tunc existentis dictæ Parochialis
Ecclesiæ Rectoris, & in ea Beneficiatorum præ-
dictorum favorem desuper emanatas, & in rem
judicatam transactas terminata, Fratres tunc exi-
stentes prædicti in eaurum sententiatur exequi-
tionem a præmissis omnibus, & singulis in
dicta Ecclesia ulterius exequens, & exercen-
dis sece abstineret, dictæ Ecclesia janus claudere,
& ab eadem Ecclesia illius Campanas an-
overe coacti fuerunt: proptereaque dictum Hos-
pitiū velut in privatam Domum redactum exti-
tit, & exsistit de præsenti.

§. 3. Cum autem sicut accepimus, ad Oppi-
dum prædictum, in quo pro tempore existentes
Hispaniarum Regis resideret Aula, frequens Ordini-
nis, & Provinciae prædictorum Fratrum pro eo-
rum ibi discutiendis negotiis accedat consuetudo,
& absolum sit, quod in tam insigni Oppido,
ubi Regalis Aula hujusmodi per commendabilem Secularium morum honestatem refulget
decor, & Religionis cultus, Fratres illuc pro
tempore accedentes prædicti in Hosptio hujus-
modi nullo septo, Clauſura, & veluti in priva-
ta Domo cum libero Secularium utriusque sexus
Personarum, accessu, non sine Regularis disci-
pline discrimine, animique dolore commorari
cogantur: Hosptium vero prædictum nunc, ut
prefertur, veluti in Domum privatam redactum
manifistoribus, aliquique Ædificiis pro futuro dicti
Ordinis, per Nos ut infra erigendo Conventu ne-
cessariis, opportunisque referunt existat, & in
Ecclesia prædicta, quæ eidem Hosptio contigna,
eique proxima, nec angusta, minusque rudis
structura exsistit, magis, & sex alia Altaria Sa-
cra utensilibus ad Missas etiam Conventuales ce-
lebrandas satis decenter ditata, & ornata, Chorus
pro Divinis Laudibus Altissimo depromendis
accommode instrutus, & Sacrificia cum ejus Sa-
cra suppelleatli locuplerata reperiantur.

§. 4. Nos igitur ad majori ejusdem Ordinis
stabilitati in prædicto Oppido consulendum, &
ne illa ulterioribus litiis prematur incommo-
dis, sed ut Ordo ipse, cuius in dicto Oppido
tres Conventus perpetuo erexit, & instituti re-
periuntur, pluribus in Oppido hujusmodi a-
bandans Stationibus semper gravior, validiorque
in pacis amicitate efflorescat coram Domino,
prout sincero exoptamus affectu, litis, & Causa
prædictarum, & aliarum, si quæ sint, & desu-
per quomodolibet exoriri poterunt in futurum,
statum, & merita universa, nominaque, & co-
gnomina Judicum, & Colligantum præsentis
bus pro plene expressis habentes, & causam
prædictam, quatenus opus sit, ad Nos avoca-

Pro qua
erectione lis
exorta, inde-
quæ Holpi-
tium in pri-
varam Do-
mum reda-
ctum.

Causæ præ-
dictis Ere-
ctionis.

Lis præ-
dicti Hospi-
tij ex-
tinguitur;
& præf Hos-
pitiū erexit
confirmatur.

tes,